Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



De memoria dum benefactores huius monasterij

Item in qualibet angaria aut post quotcunque fieri potest / habeatur de memoratio dum benefactores huius monasterij / tam speciales annuales huiusmodi quam non huiusmodi / et dum fidelium defunctorum / cum placebo / missa / et vigilijs minoribus cantatur / quorum quedam noctia cum suis datis statim post scripta sunt / que in eisdem annualibus a alia die competenti in capito recitanda sunt / ut per quatuor partes ibidem sint diuisa / De pulsu autem et candelis fiat sicut in memoria fraternitatis immediate subscripta.

De pulsu et candelis intendendis in singulis annualibus ordinandis

Sit dum huiusmodi vigilie cantate / pulsentur III campane ad placebo et missa / et due candele circa sepulturam eius / si hic habetur / ad missam et vigilias intendantur / nisi aliud circa eosdem annuales specialiter expressum habeatur. Si autem vigilie legantur / aut sine vigilijs pagatur / pulsentur ad missam et placebo tres campane / et circa sepulturam si hic habetur due candele intendantur. / Sit quotiens pagitur annualium specialium hic sepultorum / si ad placebo visitetur sepulcrum / et tunc ibidem due vesperales candele habeantur.

De exequijs fratrum aliorum monasteriorum nobis intimatorum

Si cum obitum alicuius aut aliquorum fratrum aliorum monasteriorum nobis denuntiatur / letta litera eiusdem denuntiationis in capito / presidens ut ebdomadarius dicat Requiescat in pace / Deinde subiungat collectam pro confraternitate sicut des uenerit. Et postea die competenti / prius ut prius exequie pagantur cum placebo / missa defunctorum / et vigilijs minoribus cantatis / Et tunc an summum altare intendantur III campane sicut ad placebo et missam III campane compulsentur /